

patrie. ⁊ magister legit pro magistro proprio. Solet etiam po-
ni q̄ quedam restrictio fit per transitionem verbi: vt cum dicitur
Sortes pascit hominem. iste terminus homo supponit pro a-
lio a sorte p̄tute transitōis verbi. q̄ dans ⁊ recipiens debent
esse diuersa. Et ideo si aliquando sunt eadem hoc est per acci-
dens sc̄z p̄ hoc q̄ idem subiectum est vtriusq̄. sicut idem ē durus
et comes s̄m accidens Unde dicunt q̄ non sequitur Sortes
pascit seipsum ⁊ ipse est homo. ergo pascit hominem. quod ē falla-
cia accidentis. q̄ hoc pronomen se non potest supponere pro
diuersis a sorte. sed homo bene potest

¶ Finit tractatus vndecimus

Sequitur duodecim^{us} de distributōe

Distributio est multiplicatio termini commu-
nis per signum vniuersale facta: vt cum dicitur
omnis homo. Iste terminus homo distri-
buit pro quolibet suo inferiori per hoc signum
omnis. sic ibi est multiplicatio. Dico autem
termini communis. quia terminus singularis non potest di-
stribui. Unde iste sunt incongrue. omnis sortes. quilibet pla-
to. quia ibi est solocismus. **¶** Signorum vniuersalium. alia
sunt distributiva substantie: vt omnis nullus. Alia sunt di-
stributiva accidentium: vt qualiscunq̄ q̄tuscunq̄. Signus
autem distributivum substantie distribuit res se habentes p̄
modum eius quod est quid: vt omnis nullus. vt cum dicitur
Omnis nigredo. omnis albedo. substantia autem cōmuniter
sumitur ad res cuiuslibet generis cum dicitur signum distributivum
substantie. **¶** Signum distributivum accidentis est quod distri-
buit res se habentes per modum accidentis: vt per modum qua-
lis q̄t̄i vt qualiscunq̄ q̄tuscunq̄. **¶** Item signorum distributi-
uorum substantie. alia sunt distributiva p̄tium integralium: vt
totus. Alia sunt signa distributiva partium subiectiuarum: vt
ois nullus. Item signorū distributiuorū p̄tium subiectiuarum.
alia sunt distributiva duorum: vt vter neuter. Alia sunt distri-
butiva plurium: vt omnis nullus ⁊ filia. Horum autē signo-
rum p̄mo dōm est de signis distributivis substantie. ⁊ inter hec
p̄mo de hoc signo omnis. **¶** Sciendum q̄ ois in plurali nu-
mero dupl̄r sumitur. Uno modo collectivē: vt om̄s apl̄i dei
sunt duodecim. nō sequitur ergo isti apl̄i dei sunt duodecim de/

monstratis aliquibus de ipsis. Alio modo sumitur distributive: ut hic omnes homines naturaliter scire desiderant. Et tunc queritur quid significet hoc signum omnis. et videtur quod nihil significet. quia omnis res aut est vniuersalis aut particularis. sed hoc signum omnis non significat rem vniuersalem vel particularem. ergo nullam rem significat. Item ad idem omnis neque est predicabile de vno neque de pluribus. ergo nec vniuersale nec particulare et sic nihil significat. ¶ Sed contra: ab eo quod res est vel non est oratio dicitur vera vel falsa. ergo si omnis nihil significat propter appositionem vel remotiorem eius non causabitur veritas vel falsitas in oratione. sed hec est vera. animal est homo. ergo et ista. omne animal est homo: quod est falsum. ergo et prima scilicet quod omnis nihil significat. ¶ Solutio. Ad dubium dicitur quod omnis non significat vniuersale. quia facit terminum communem stare pro omnibus suis inferioribus: ut omnis homo currit. et sic omnis significat aliquam rem. Sed duplex est res. quedam est subijcibilis vel predicabilis: ut homo animal currit disputat. et sic est verum quod omnis nihil significat. quia quolibet talis res aut est vniuersalis aut particularis. Alia est res que est dispositio rei subijcibilis vel predicabilis. et talem rem significat hoc signum omnis. et tam ab ista re quam ab alia causatur veritas vel falsitas in oratione. Obijcitur autem quod omnis non significat dispositionem rei subijcibilis. quia in syllogismo medium debet reiterari cum suis dispositionibus in minori propositione. ergo debemus syllogizare sic Omnis homo est animal. sortos est omnis homo. ergo sortos est animal. Solutio Sicut pater duo dicit. scilicet illud quod est pater et pater in quantum pater. Similiter subiectum duo dicit. Primo scilicet illud quod est subiectum et subiectum in quantum subiectum. Et in hoc duplex est dispositio subiecti. Nam quedam est dispositio illius rei quod est subiectum: ut albus niger. et sic de alijs dispositionibus accidentalibus. Et iste debent reiterari in propositione cum medio. Alia est dispositio subiecti in quantum subiectus videlicet in ordine ad predicatum: ut omnis nullus. et omnia signa tam vniuersalia quam particularia. Et talis dispositio non debet reiterari cum medio in minori propositione. quia est respectiua. Disponit enim subiectum in comparatione ad predi-

eatum: vt cum dicitur. omnis homo albus currit. Ista dispo-
sitiō albus debet reiterari in minori propositione cum medio
cum sit dispositio eius quod est subiectum. quia est absoluta
Ista autem dispositio omnis non debet reiterari quia est re-
spectiua subiecti ad predicatum. et ita est dispositio subiecti. in
quod subiectum est. Unde debemus dicere sic. Omnis ho-
mo albus currit. sortes est homo albus. ergo sortes currit. et
nō debet subsumi sortes est omnis homo albus

Abito quid significet hoc signum omnis. et cuius di-
spositionem significet. Consequenter queritur vtrum
omnis erigit tria appellata. Et videtur q̄ sic. quia om-
nis perfectio est in tribus: vt patet primo celi. Sed omne et
perfectum idem sunt: vt habetur ibidem. ergo est in tribus. et
per consequens omnis vult habere tria appellata. Ad idem
etiam dicit Aristoteles in eodem loco q̄ de duobus veris nō
dicimus omnes sed de tribus dicimus omnes. ergo ois vult
habere tria appellata. ¶ Sed contra in qualibet demonstra-
tione sunt propositiones vniuersales. sed de sole et luna fiunt
demonstrationes. ergo oportet dicere. omnis sol et omnis lu-
na. sed non habet sol nisi vnicum suppositum. ita et luna. ergo
omnis non vult habere tria appellata. ¶ Ad idem omne pri-
uatum lumine a terre obiectu deficit. Hec propositio est con-
cessa. Sed omne priuatum lumine a terre obiectu non habet
nisi vnicum suppositum scz hanc lunam singularem. ergo om-
nis non vult habere tria appellata. ¶ Ad idem. Hoc signum
omnis significat quoniam vniuersaliter. sed hoc quod dico
quoniam vniuersaliter est modus proprius vniuersalis. Pro-
prium autem diuersificatur s̄m diuersitatem sui subiecti: vt
si homo est diminutus. risibile est diminutum: vt si homo est
mortuus et risibile est mortuum. Sed vniuersale aliquando
saluatur in pluribus: vt homo equus. Aliquando in vno tā-
tum: vt sol et luna. ergo omnis quandoq; vult habere tria ap-
pellata. et quandoq; non. immo vnum solum. ¶ Ad idem
duplex est forma. quia quedam est forma materie: vt anima
est forma corporis. Et ista forma est pars. et non predicatur
de eo cuius est pars. Alia est forma que est predicabilis. et sic
omnia superiora vt genera et species et differentie dicuntur
forme inferiorū: vt homo equus. Et indiu idua huius forme

predicabilis sunt materia eius. ergo forma cum in neutro di-
ctorum minorum sua excedit materia nec excedit ab ea. nul-
lum vlt excedit sua indiuidua. nec exceditur ab eo. ergo cum
ois dicat adequatorem vniuersaliu cu suis indiuiduis: vt ois
homo. tunc oportet q sol non habeat nisi vnicum suppositum
vt vere dicatur ois sol. quod concedimus dicendo predictas
propositioes esse veras. et q ois no exigit semp tria appellata.
sed quando adiungitur termino comuni habenti plura supposi-
ta tunc exigit plura appellata. Quando vero adiungit termino
cui habeti solu vnu suppositu tunc exigit tm vnu appellatum
Ad illud qd pmo obiebat q ois pfectio est in tribus. dicitur
q veru est. Et hec tria sunt substantia rei etus eius et opato
eius. Et hec tria tangit Aristoteles sub breuibz verbis cu di-
cit. Natura apta nata sic facit. Per hoc em quod dicitur natura ta-
git substantiam rei. et p hoc qd dicitur apta tagit etute eius Et p
hoc qd dicitur sic facit. tagit opatoem debitam eius. Sicut hoc li-
gnum ois habet substantiam signi vniuersalis et etutem que
est distribuere. et opatoem eius qn actualiter distribuit et in
his tribz est pfectio eius. **A**d scdm vdm est qd ho et homies
differunt. qz homo dicit ista spem fm se que est pdicabilis. Sicut
homines in plurali numero no dicit spem fm se que est pdi-
cabilis. sed multiplicata actu fm materia indiuiduorum numero
diuersam. Vn ois in plurali rone multitudis facit facit distri-
butioem p diuersas materias et vult habere tria appellata. Sicut
ois in singulari numero ex quo respicit spem scdm se et no fm
materia indiuiduorum. exigit centiam aptam natam pdicari de
pluribus. siue actu picipet a pluribus siue ab vno. Et ideo exigit
tria appellata aut vnu solu fm naturaz vlem cui adiungitur.
Quida tamē dicit q ois vult habere tria appellata ad min^o et
dant talerodem. Quotienscuqz signu vlt addit termino cui non
habeti sufficientia appellatoz recurrit ad non ens: vt cum dicitur.
ois fenix est. qz li fenix no hz nisi vnicu suppositu. ideo recurrit
ad no exites fenices Et id cu dicitur. ois fenix est. sensus est. vnus fe-
nix q est est. et duo fenices q no sunt sunt. et id dicunt has duas
proposiones esse falsas. qdam fenix no est. et ois fenix est. et no esse
cōtradictorias. qz in negatiua supponit fenix q est. et in affirma-
tiua supponitur fenices q no sunt. sic no ē idē subiectu in vtra
qz. Hoc aut pot multiplici improbari. qz hec inconuenientia

sequitur ex falso quod supponit. qz supponit qz ois vult ha
bere tria appellata qd supius ostensum est esse falsum. p̄terea
vult Aristo. qz positio in qua subijcit vlt̄ vniuersali sumptū
alicui p̄dicato p̄tradicat illi p̄poni negatie in q̄ subijcit vlt̄ nō
vlt̄er sumptū eidē p̄dicato. sed iste sunt tales. ois fenix est qui
dā fenix nō est. ergo sunt p̄tradictōie. qd tñ ipsi negāt. ergo re/
gula eorū est falsa. **Ite** ad idē alia regula talis est. Termin⁹
cōis supponēs vel apponēs vbo p̄ntis tēpis simplr sumpto
nō habenti vim ampliandi nec ex se nec ex alio restringit p̄ his
que sunt sub forma termi supponētis. ergo cū d̄r. ois fenix li
fenix restringitur p̄ fenice tñ qui est. z cū ipsius non sit nisi vni
cum supposito. ergo cū d̄r. ois fenix. li fenix restringit ad sup⁹
ponendū p̄ fenice tñ q̄ ē. ergo p̄ illā regulā p̄us datā. si signū
vlt̄ adueniat ei nō distribuit ip̄m. nisi p̄ vnico supposito. ergo
regula eorū est falsa. z supra falsum fundat quod cōcedimus
Scōm p̄dicata q̄ritur de hoc sophisimate. Nis homo est. z
quodlibet differēs ab illo est nō hō. Probatio. hec est copula
tiua cuius vtraqz ps est vera. ergo ipsa est vera. Improbatio.
Nis hō est. z qdlibet differēs ab illo est nō hō. qd est falsum. qz hec ē vna
copulatiua cuius altera pars est falsa. ergo ipsa tota est falsa.
Solutio p̄ma est simplr vera. z improbatio peccat penes
fallaciā p̄sequētis. qz differēs ab om̄i hoie in minus ē q̄ diffe
rens a sorte. qz differēs ab om̄i hoie supponit solū p̄ alijs re/
bus ab hoie. Sed differēs a sorte supponit p̄ eis dē z etiā pro
alijs hoibz a sorte. **Uñ** bñ seq̄tur. differēs ab om̄i hoie. ergo
differēs a sorte. z est locus a pte subiectiua ad suū totū. Sed
si huic orōni differēs ab om̄i hoie apponat signū erit p̄cessus
ab inferiori ad supius cum distributōne. z sic incidit fallacia
cōsequētis in improbatōem s̄m vñ. p̄cessum qz duplex ē p̄
cessus in improbatōe qz bñ seq̄tur. ois homo est ergo sortes
est. Locus a toto in q̄ritate. sed non seq̄tur. hoc ē differēs ab
om̄i hoie. ergo differēs a sorte. **Sz** est fallacia consequētis si
cut hic Nis hō est. ergo om̄ie aial est **Ite** q̄rit de hoc sophis/
mate. Nis hō z alius hō sunt. Probatio. Sortes z alius hō
sunt Plato z alius hō sunt. z t̄hs. ergo ois hō z alius hō sunt
Improbatio. li alius est relatiuus diuerſitatis subst̄tie. ergo
supponit p̄ diuerso ab hoie. sed nō est alius hō ab om̄i hoie

ergo prima est falsa. Solutio prima est simpliciter falsa. Et probatio peccat ꝑm fallaciã figure dconis a pluribus deter/
minatis suppositionibus ad vnã determinatam. qz iste terminus
hõs habet determinatã suppoem in ꝑmissis z in cõclusionẽ. Itẽz
probatio peccat ꝑm fallaciã accõtis. qz licet sortes z plato
et sic de alijs inferant oẽm hoĩem ꝑm se. nõ tñ sub hac copulati
one. Dis homo z aliushomo sunt Sicut cognosco choruscũ
ꝑm se. nõ tñ sub hoc accidẽte. qd est venire Un talis dat regu
la. Quotienscũqz aliqd seõtur siue cõuersim siuenõ. Si aliq
qd cõueiat vni qd nõ cõueiat alteri. z per illud cui cõuenit in
feratur de eo cui nõ conueit semper est fallacia accõtis: vt hõc
ergo substantia est. z spẽs conuenit homi z nõ substantie. ideo
si per hoĩem inferatur spẽs de substantia est fallacia accõtis:
vt hõc est spẽs ergo substantia est spẽs. Silt hie. Risibile est ꝑ
prium. ergo homo est ꝑrium. Item queritur de isto sophisma
te. Dis homo est ois homo. Probatio. Sortes est sortes. Pla
to est plato z cõs. ergo omnis homo est ois homo. Et vt vult
Boetius. Nulla ppositio est verior illa in qua predicatur idẽ
de se ipso. sed sic est hic. qz ois homo predicatur de omni homine
ergo nulla est verior ipsa. Improbatio. sua cõtradcõia est ve
ra scz quidam homo non est ois homo. ergo ipsa est falsa. Itẽz
ad idem. Dis homo est ois homo. Sortes est homo. ergo sor
tes est ois homo. Syllogismus est in darij. cõclusio est falsa.
ergo aliqua ꝑmissarum nõ mior ergo maior qd est sophisma
Solutio pma est simplr falsa. z probatio peccat ꝑm cõseqns
ab insufficienti enumeratõẽ singularium. qz cum illis quas
assumit debet assumere has a parte subiecti. Sortes est ois
homo. Plato est ois homo. Et etiam istas a parte predicati.
ois homo est sortes. ois homo est plato z sic de alijs. quas di
mittit. z sic peccat ꝑm consequens ab insufficienti enumerati
one singularium. ad aliud dõ: qz ibi non predicatur idem de se/
ipso. sed predicatur ois homo de homie sumpto pro qualibet
sua parte. Sequitur de hoc signo nullus. quod significat v
niuersaliter negatiue. Unde significat idem sicut hoc signum
omnis cum negatione postposita. z ideo omnis non z nullus
equipollent. De hoc signo nullus talis datur regula Quo
tienscũqz hoc signum nullus adiungitur immediate termi
no communi. confundit ipsum mobiliter distributiue z simi

liter tertium adiunctum sibi mediate: vt nullus homo est
asinus. Unde potest fieri descensus sub subiecto sic. ergo sor/
tes non est asinus et plato non est asinus et sic de alijs. et etiam
sub predicato. ¶ Scdm p̄dicta queritur de hoc sophismate.
Nullus homo est omnis homo. Probatur sic. Sortes non
est omnis homo. Plato non est omnis homo et sic de alijs. ergo
p̄m̄: a est vera. Vel sic. Sua contradictoria est falsa scz qui
dam homo est omnis homo. ergo p̄ma est vera. Contra. ibi p̄
dicatur oppositum de opposito. ergo p̄positio est falsa. Solu
tio p̄ma est vera. Et ad improbatōem respondetur per inter/
emptōem. qz non predicatur ibi oppositum de opposito. sed re
mouetur ois homo ab homie sumpto pro quolibet suo suppo
sito. et hoc est verum. ¶ Sequitur de hoc signo nihil quos sig/
nificat idem qd nullus sed includit in se terminum recipientē
suam distributōem. qz nihil est signum vlc̄ cum negatōe et ter
minus recipiens distributōem eius. ¶ Scdm hoc queritur
de isto sophismate. Nihil videns est aliqd videns. Probatur
sic. Nam hanc rem videns est aliqd videns. qz non videns
Sortem: est videns Platonem. et non aliam rem videns est
aliqd videns. et c̄us. ergo nihil videns est aliqd videns. ergo
prima est vera. Contra. Ibi predicatur oppositum de opposi/
to ergo locutio est falsa. ¶ Quidam distinguunt. Nihil videns
est aliqd videns. eo qd hec dco nihil potest esse acci casus. Et ē
sensus. Nullam rem videns est aliqd videns. Vel potest esse
nti casus. Et est sensus. Nulla res videns est aliqd videns. Et
fm hoc ponunt amphibologiam ex parte casus. sed hoc non
soluit. qz in vtroq; sensu est falsa. Sed alij distinguunt hanc
iterum nihil videns. eo qd negatio in hoc termino nihil potest
negare participium p̄mo positum. Et est sensus. Nullā rem
videns est aliqd videns. et sic est diuisa. Vel potest negare hoc
verbum est. et tunc est sensus. Quamlibet rem videns non est
aliqd videns. et sic est composita. Sed hoc non soluit. qz in v
troq; sensu est falsa cum opposita ponantur circa idem Solu
tio. Dicendum est qd prima simplr est falsa. et probatio peccat
penes fallaciam figure dcōnis a pluribus determinatis ad v/
nam determinatam huius termini videns. qz in premis ha
bet suppositōem determinatam et in conclusione simiūter. Vel
peccat scdm fallaciam accidentis. Nam quis videre com/

municatur omnib; fm se. nō tamē sed in hoc q' vni. Et in hoc
toto. Nihil vidēs. **Uñ** totū accidit pri. et esse vidēs aliqd assi
gnat vtriq; inē. **Sciendū** q' oēs pmissae sunt duplices. q'a
negatio p't determinare verbū v'l p'cipiū: vt deū est pius **Uñ**
antiq' posuerūt p'missas esse duplices p'pter talē regulā quam
dabāt. Quotienscūq; negatio et distributio includunt in vno
termio cū distributio posita in obliquo nō possit in orōe atti
gere p'bum. ita neq; negatio **Ite** idem est iudiciū de istis so
phismatibus. Nullū caput habens est aliquod caput habēs
A nullo homine differens est ab aliquo homine differens
Sequitur de signis distributiuis duorū: vt sunt neuter vter
q;. **Et** differūt a p'dictis. q' ois nullus et similia distribuunt
pro omnib; indiuiduis termi cōis. sed vterq; et neuter solū di
stribuūt p' duob; p'demonstratōem: vt vterq; istorū. **S**ed m
dicta q'ritur de hoc sophismate. **Ab** vtroq; istorū enunciatur
est vez. posito q' sortes dicat deū esse. **Plato** v'o dicat hoiez eē
aiā. et ambo dicant hoiem simul esse asinū. **Et** ipsi duo demō
strent p' p'nomē istorū. **P**robatio. **A** sorte enunciātū est verū. a
Platone enūciātū est verū. ergo ab vtroq; istorū enunciaturū
est verū. **C**ontra. **Ab** vtroq; istorū enūciaturū est verū. sed
nihil enūciātū est ab vtroq; istorū nisi homiem esse asinū.
ergo hoiem esse asinū est verum **S**olutio p'ma est vera. et p
batio peccat fm fallaciā accidentis. sicut habetur ab Aristote
le. **Hec** p'positio ponit esse vera **D**im cōtrarioz eadem est disci
plina. et nō nulla p'cularis disciplina est oim cōtrarioz. sed
disciplina cōiter sumpta. **Uñ** hic est fallacia accētis **D**im cō
trarioz eadem est disciplina. sed nulla est disciplina nisi hec vt
illa et sic de alijs. ergo oim cōtrariozū hec eadē est disciplina vel
ista q'd est falsum. **S**imiliter hic. **H**omo est spēs. sed nullus ē
Homo nisi sortes vel plato et cōis. ergo sortes est spēs vel plato
et cōis. **E**t ita est de fallacia accētis in p'posito q' hec deō enun
ciaturū et hec deō vez tenētur p' ipso in cōi. et sic ab vtroq; isto
rum enūciaturū est verū. **Uñ** enūciātū nō tenet pro particu
lari enūciato ab vtroq;. **Uñ** particulare enūciaturū ab vtro
q; accidit enūciato in cōi sicut p'culare inferius accidit sub
superiori. **E**t verū assignatur vtriq; inesse. **E**t appellat' sup'ius h
Dime q'd est maius siue sit essentialē siue accidentale **Q**uidā tñ
dicūt q' p'ma est simplr falsa. et dicūt q' enūciātū accipit pro

particulari enunciato ab utroque similiter verum pro particu-
lari vero. Et fallacia peccat secundum fallaciam figure dictionis a
pluribus determinatis ad unam determinatam huius termi-
ni enunciatum et huius termini verum. sed prima solutio me-
lior est et subtilior. ¶ Sequitur de hoc signo neuter quod sig-
nificat idem quod uterque cum negatione sibi opposita. Unde sicut
nullus de se habet distributionem et negationem. similiter et
neuter. sed neuter est distributivum duorum terminum. Unde queritur de
hoc sophismate. Neutrū oculū habēdo tu potes videre. Pro-
batio dextre oculū nō habēdo tu potes videre. sinistrū oculū
nō habēdo tu potes videre. ergo prima est vera. ¶ Contra Neu-
trū oculū habēdo tu potes videre. ergo si neuter oculū habes.
vel dum neutrū oculū habes tu potes videre quod est falsum
cōsequentia patet. quia gerūdina in do habent resolui per dum. per si.
per quia. sed utroque modo est falsa. et probatio peccat secundum falla-
ciam accidentis. quia posse videre cōuenit partibus secundum se scilicet part
sunt diuerse. sed non cōuenit eis prout sunt vnite in suo toto.
Unde hoc patet per primā regulā cū ad pres sequatur totū: vt
potestas videndi cōuenit partibus et nō toti. ideo si partes infe-
rantur de toto. ibi est fallacia accidentis.

Abiō de signis distributivis prius subiectuarū con-
sequēter queritur. vtz negatio habeat vim distribuēdi
vel cōfundendi. et videt quod sic. quia Aristotiles in primo periber-
menias dicit et ille cōtradicitur. homo est iustus. hō non est iu-
stus. ergo altera est vniuersalis cū subijciatur terminus cōis
sed non nisi hic. Non homo est iustus. ergo terminus homo
distribuitur. Sed non est ibi aliquid a quo distribuitur nisi
negatio. ergo distribuitur a negatione. ¶ Contra. Negatio ha-
bet vim confundendi. ergo sicut ista est incōgrua. omnis sortes
currit. Similiter hec. non sortes currit quod est falsum. quia quod-
uis signū distributivū non posset addi termino singulari. ta-
men negatio bene potest addi. ¶ Itē vbi cū est distribuēdo ibi
est terminus cōmunis sumptus vniuersaliter. ergo oportet quod
ibi sit dictio significans quā vniuersaliter. sed signū vniuersale
significat quā tantūmō vniuersaliter. negatio vero nō. ergo nō
habet vim distribuēdi. quod cōcedimus dicētes. quod negatio non
cōfundit sed negat hoc quod post se inuenit. Unde cū adiūgit ter-
mino cōi negat ipm. Sed ad negationem superioris sequitur ne-

gatio cuiuslibet inferioris eo q̄ destructo superior destruit q̄d /
libet eius inferior. ergo negatio nō confundit sed negat quod
post se inuenit siue sit vniuersale siue particulare ¶ So/
lutio aſſit patet ad hoc quod obijcitur quia hec est vniuersal.
¶ Non homo non est iustus. hoc non est ppter naturā distribu
tionis existētis in negatione. sed hoc est quia negatur homo
in cōmuni. quo remoto remouetur quodlibet eius inferior.
¶ Itē solet poni quedam distributio apertitudinis: vt omnia
homo timet in mari. id ē apertus natus est timere in mari ¶ Itē
solet poni distributio accommodata: vt celum tegit omnia pre
ter seipsum. ⁊ deus creauit omnia a se. Sed ista duo genera di
stributionis non sunt ita propria sicut alia

De hoc signo totus

Equitur de hoc signo totus q̄d est distributiū p̄rium
integralium: vt totus sortes est albus. Est em̄ sensus. sor
tes s̄m quālibet sui p̄tem est albus. Vñ ad istam. totus sortes
est albus immediate sequitur ista. Sortes s̄m quālibet sui
partem est albus. ad quā sequitur. quelibet ps sortis est alba.
¶ Probatur in hac. totus sortes est albus. Sortes subijciatur
albedini s̄m se. ⁊ p̄tes eius nō s̄m se. sed prout sunt in suo toto.
siue sub forma totius. ergo non subijcitur albedini nisi per to
tum. Et sic p̄ prius seq̄tur hec. Sortes s̄m quālibet sui p̄tem
est albus. ⁊ postea illa quelibet pars sortis est alba ¶ Item in
hac p̄positione. Totus sortes est albus. ibi totum subijcitur al
bedini in rectitudine. pars autē in obliquitate. quia in eo q̄d
est totum partes intelliguntur in obliquis. ⁊ in eo quod ē ps
totum sumitur oblique. quod patet per diuisionem eius q̄d
est totum: vt domus est ex pariete recto ⁊ fundamento. Et sor
tes est ex partibus. ergo illud q̄d est totum dat intelligere p̄
tes obliquas. ergo ad hanc totus sortes est albus. immediate se
quitur hec. sortes s̄m quālibet sui p̄tem est albus. Et immedi
ate sequitur ista. quelibet ps sortis est alba. ¶ Item ad aliud
quod est pars nō habet esse nisi ab eo q̄d est totū. q̄z nō habet
perfectionē nisi ab eo. ergo nō subijcitur alicui nisi p̄ totum. er
go totum p̄us subijcitur. ergo ad hanc. Totus sortes est albus.
immediate sequitur ista. Sortes s̄m quālibet p̄tem sui est al
bus. ⁊ immediate quelibet pars sortis est alba ¶ Sc̄d̄mpre
dicta queritur de hoc sophismate. Totus sortes est minor sor

te. Probatio. quilibet pars sortis est minor sorte. 2 sortes fm
qualibz sui ptem est mior sorte. ergo totus sortes est minor sor
te. **Contra.** Totus sortes est minor sorte. ergo sortes est mi
nor sorte. **Solutio** hec est vera. Totus sortes est minor sorte.
Et probatio peccat fm accidens. quia in ista totus sortes est
minor sorte. predicatus attribuitur partibus quibus vere co
uenit. sorti aut nō conuenit. Et ideo hec est simpliciter falsa. sor
tes est minor sorte. Et ideo si partes inferant esse minorem sor
te de toto. vel de sorte erit fallacia accidentis per vnam regulā
supradictam. Unde totus est res subiecta. 2 sortes accidit ei.
et esse minorem sorte assignatur vtrique inesse. Etiam imp: oba
tio peccat fm quid ad simpliciter. quia ista totus sortes ē mi
nor sorte. Non ponit sortem fm se. sed fm suas partes. Et iō
ponit sortem fm quid esse minorem sorte. Ita cum simplici
ter inferatur. ergo sortes est minor sorte. peccat fz quid ad sim
pliciter sicut sortes fm pedem est minor sorte. **Item** in qui
busdā sequitur tot^o sortes g^o sorts: vt totus sortes est albus. ergo
sortes est albus. 2 in quibusdā non. **Queritur** in quibus
sequitur 2 in quibus non. **Dicendum** q^o sunt quedam acci
dentia que indifferenter cōueniunt parti 2 toti: vt sunt albus
niger. calidum frigidum. augeri minui. Et in talibus bene se
quitur Totus sortes. ergo sortes. Alia sunt accidentia que cō
ueniunt partibus 2 nō toti. Vt cōuerso toti 2 nō partibus: vt
totalitas minoritas paruitas. Et in talibus non sequitur to
tus sortes. ergo sortes.

De signis distributiuis qualitatis

Equitur de signis distributiuis accidentiis. inter que
primo dicendum est de signis distributiuis qualitatis
Est aut signum distributum qualitatis quod distribu
it res se habentes per modum qualitatis: vt qualelibz cuius
particulare est aliquilibet. Sed tunc obijcitur q^o si accidens
multiplicetur multiplicato subiecto. ergo cum signa distribu
tiua substantie distribuunt siue multiplicent subiectus. oportet
q^o distribuunt siue multiplicent ipsum accidens. ergo signa
distributiua accidentium superfluum. **Ad hoc** dicendum
q^o duplex est multiplicatio accidentis. qz quedam est multipli
catio accidentis fm numerum. 2 hec fit per signum distribu
tiuum substantie: vt omnis hō albus currit. Alia ē multiplicatio

fm speciem. z hec fit p signa distributiua accidentiũ. vt quale
libet currit. id est res habens qualem cũq; qualitate[m] currit.
Circa dicta queritur de hoc sophismate. quodlibet qualelibet
bet. de quolibet tali scit ipm esse tale quale ipsum est. Posito qd
Sortes sciat grãmaticã logicã z rhetoricã. Et Plato z Lice
ro similiter. z sciant se habere eas. Et sint aliq tres hoies quoz
vnus sciat grãmaticã. alius logicam. alius rhetoricas. Et isti
sciant se habere eas. z de alijs nihil sciant. z aliq sciat de se z de
istis. z non sunt plures homines neq; plures qualitates. Pro
batio. Hoc qualelibet. de quolibet tali scit ipsum esse tale qua
le ipsum est. Et sic de secundo z tercio. z non sunt plura quale/
libet. ergo quodlibet qualelibet de quolibet tali scit ipsum es/
se tale quale ipsum est. **C**ontra. Quodlibet qualelibet zc.
ergo quodlibet grãmaticum de quolibet tali scit ipsum esse ta/
le quale ipsum est. **S**olutio. prima est vera. z improbatio
peccat fm fallaciam consequentis ab inferiori ad superius
cum distributione superioris. qz qualelibet supponit p trib.
scz pro tribus pms. Sed grãmaticus supponit pro eisdem z
etiam pro aliquo qui habet grãmaticam tantum. z ita gram/
maticum est in plus q; qualelibet. Unde si apponatur signus
vniuersale distributiuum sic. quodlibet z qualelibet z est. er/
go quodlibet grãmaticum: vt hic omnis homo. ergo omne a
nimal. Similiter in vltimo de quolibet qualelibet gramma/
tico. cum dicit quodlibet tali.

De signis distributiuis
Equitur de signis distributiuis quantitatatis. Et sunt
illa que distribuunt res se habentes per modum quan
titatis: vt quotienscunq; quantumcunq; **E**t secundũ hoc
queritur de hoc sophismate. Quotienscunq; fuisti parisius.
totiens fuisti homo. **P**robatio. Una vice fuisti parisius et
illa vice fuisti homo. alia vice fuisti parisius. et illa vice fuisti
homo. z sic de alijs. ergo quotienscunq; fuisti parisius. totiẽs
fuisti homo. **I**mprobatio. Quotienscunq; fuisti parisius toti
ens fuisti homo. sed bis fuisti parisius. ergo bis fuisti homo.
quod est falsum. quia hec dictio bis importat interruptionẽ
eius cui adiungitur. sed actus essendi hominem non fuit inter/
ruptus in te. **S**olutio prima est falsa. Ad probationem aut
respondendum est per interemptionem. quia secunda para co

pulatine est falsa. scz Illa bina vice fuisti homo. quia adhuc
 nulla vice fuisti homo. eo q̄ nondum fuit vita terminata: vt
 iterum inciperes viuere. z postea terminaretur quod tamen re
 quiritur ad hoc q̄ bis fuisses homo sicut bis incipitur cursus
 et bis terminatur ad hoc q̄ aliquis bis currat. ¶ Et nota q̄
 bis non importat interruptionē temporis. sed tantū actus illi
 us cui adiungitur. Ad terminum autē non sequitur interrup
 tio. Si autē formaretur sic palogismus. Quandocunq̄ fuisti
 parisius fuisti homo. sed bis fuisti parisius. ergo bis fuisti ho
 mo. Prima est vera. Improbatio peccat f̄m fallaciam figure
 dictionis et mutatione predicamenti. quia quandocunq̄ est
 in predicamento quando z bis in predicamento quantitatis
 quia est de genere quantitatis discrete. ¶ Sequitur de infiniti
 to qd̄ q̄nq̄ modis dicitur. Primo modo dicitur infinitū qd̄
 non potest pertransiri: vt vox dicitur inuisibilis quantum ad
 visum. eo q̄ non est apta nata videri. Alio modo dicitur infini
 tū qd̄ habet transitum imperfectum eo q̄ nondum est termi
 natum. tamen aptum natū est terminari: vt dum aliq̄s transit
 spacium z nondum peruenit ad suū finem. Tercio modo dici
 tur infinitum f̄m appositionem: vt numerus augmentabilis
 est in infinitū appositione vnitatis vel alterius numeri. Quar
 to modo d̄: infinitum f̄m diuisionem: vt continuum. omne at
 continuum diuisibile est in infinitum. Vñ sic definit ab Ari
 storele quarto physicozū. Continuum est diuisibile in semper
 diuisibilia. Quinto modo d̄: infinitum vtroq̄ modo scz per
 appositionem z diuisionem: vt tempus. Cum em̄ tempus sit
 continuum est diuisibile in infinitum in diuisione. z cum post
 vnum tempus veiat tempus. sic per appositionem vnus t̄pis
 ad aliud est infinitum. Et quo ad has tres vltimas significatio
 nes sic definitur. Infinitum est cuius quantitatem accipienti
 bus semper est ad aliquid extra sumere: vt si post vltimā par
 tem linee accipiatur alia. z post alteram tertia. z nunq̄ possit
 attingi terminus eius. ideo linea d̄: infinita. ¶ Solet autem
 poni q̄ infinitum quandoq̄ sumitur pro termino communi. et
 tunc ista ppositio infinita sunt finita equiualeat huic aliqua iny
 finita sunt finita. Quandoq̄ infinitum sumitur pro signo di
 stributio z tunc illa equipollet huic quo ad distributionem
 quolibet plura sunt finita. Et p̄batur sic. vno plura sunt fini

ta. Duobus plura sunt finita et sic de alijs. ergo qualibet plura sunt finita. Et sic dicitur facere inter scalarem distributorem vel incorruptam vel discontinuam. quia hec dicitur plura in prima appositione supponit per duobus. et deinceps in secunda per tribus. Et sic gradatim scalariter ascendendo. et sic ista ordo quolibet plura facit distributionem inter scalarem. quia pro alijs supponit hoc quod dico quolibet. et pro alijs hoc quod dico plura secundum numerum ascendendo: ut dicitur est. ¶ Circa predicta queritur de hoc sophismate. Infinita sunt finita. Probatio. duo sunt finita et tria sunt finita. et sic in infinitum. ergo infinita sunt finita. Improbatio. quia tibi predicatur oppositum de opposito. ergo locutio est impossibilis. Potest etiam probari sic. Quolibet plura sunt finita. ergo infinita sunt finita. Solutio. Quidam distinguunt eo quod infinitum est equiuocum quo ad nos et ad infinitum simpliciter. Unde si sumatur infinitum quo ad nos. prima potest esse vera et non predicat oppositum de opposito. quia infinita quo ad nos sunt stelle et harenae maris que non sunt finita simpliciter. Si autem sumatur infinitum simpliciter est simpliciter falsa et predicatur oppositum de opposito. Alii autem distinguunt quod infinitum potest esse terminus compositus. et sic prima est falsa. Vel potest esse dictio syncategorematica importans in se distributionem (sicut dicitur est) et sic ponunt eam esse veram. Sed neutra istarum solutionum valet. quia si remoueat ultra quod distinctio et sumatur infinitum simpliciter et secundum quod est terminus compositus adhuc remansit probatio et improbatio huius sophismatis. Unde dicitur est quod prima simpliciter est falsa. et probatio peccat secundum quod ad simpliciter. quia infinitum appositione est infinitum quodammodo et non simpliciter. Unde cum accipit presertim numeri secundum appositionem. duo et tria non accipit infinitum simpliciter. sed quodammodo secundum quod. Et ideo non potest ex his inferri infinitum simpliciter.

Et hec de distributibus dicta sufficiant

¶ Finiunt summe Petri hispani bene commendate et magno cum labore correcte. Impresse Dauentrie per me Jacobus de Breda. Anno incarnationis domini. M. LXXXL. xxvij. mensis Januarij.

Alla **B**enedictio et laus eterna. **A**lla **B**enedictio
nostroz et laudabilis in secula. **Tractus**...

Audate dñm omēs gētes et collaudate eū
confirmata est sup nos misericordia eius et
meritum. **Secundū Johanne[m]**.

A ut? Dicit ihs. d. suus. Cū uer
ego mittam uobis a p̄re sp̄m ueri
p̄cedit: ille testimoniu[m] phibeat de me
um phibeatis: quia ab uno meū est
uobis ut nō scandalizem: absq̄ syn
sed uenit hora: ut oīs q̄ misit uo
quon se p̄stare do. Et hec fr̄ent uobis
uerit̄ p̄tatem neq̄ me. **S**ed hec loqui
cū uenerit hora eoz remittamini: q̄

Benedictus sit d̄s pater unigenitus que
sanctus q̄ spiritus qui fecit nobiscū mi
sanctifica q̄s dñe p̄ tu sc̄i noīs ino
ni tu vtutē huius oblatōis hosti
ritu sancto p̄ eam nos metip̄s tibi p̄fic

Benedicite d̄o ocl̄i et coram omnibus uiuēt
et nobiscū misericordiam suam. **Post**

Profiat nobis ad salutē corpōis
sac̄mētū p̄ceptio: et sempiterna itē
indiuicōne unitatis confessio. **Per**
corpōis xp̄i dñi n̄i i. dñi

... a nocte tradebatur. accepit panem & gratias
agit. **Hic** est corpus meum quod pro uobis traditum
est in memoriam. Similiter & calicem
gratiarum. **Hic** calix noui testamenti est: in meo
quo uentilatis bibetis: in meam commemora-
tionem. Quis enim manducabit panem hunc & calicem
in commemorationem donec ueniat. Itaque quisque
est: ut bibet calicem indignus: reus est corpori
domini. Probet autem seipsum homo: et sic de
calice bibat. Qui enim manducat et
bibit sibi manducat et bibit, non diuini-

GRADUALE ...

... sperent donec & tu das illis escam in tempore oportuno
in manu tua & imple omne animal benedictione
uerere est abus & sanguis meus uere est potus qui
est et bibit meum sanguinem in me manet & ego in eo
habet discipulis suis. **S. Iohannem**
... **Caro** mea uere est abus: & sanguis
... Qui manducat meam carnem & bibit
meum sanguinem manet & ego in eo. Sicut misit
ego uiuere propter peccatum. Et qui mandu-
cat propter me. **Hic** est panis qui de celo
manducauerunt patres uostri manna in deserto:
et non manducant hunc panem uiuunt eternum. **Credo**
... in domino & panem offerunt tibi et in **Offertorium**

mut ysaac: ysaac autē genuit iacob
genuit iudam & fr̄es eius: iudas autē
res et zaram de thamar. Pharis autē
elrom autē genuit aram. ~~Abraham autē genuit~~
nadab: aminadab autē genuit naasson
autē genuit salmō: salmon autē genuit
raab. Booz autē genuit obeh et ruth
genuit iesse. Iesse autē genuit dauid rex
autē rex genuit salomonē ex ea que fuit
lomon autē genuit roboam: roboam
abiam. Abia autē genuit assa: assa
iosophat. Iosophat autē genuit ioran
genuit oziam. Ozias autē genuit ioa
tham autē genuit achaz. Achaz autē genuit
iam: ezechias autē genuit manasse. Manasse
genuit amon: amon autē genuit iosiam.
Iosias autē genuit ieremiam & fr̄es eius: in transmigratione
babilonis. Et post transmigrationē babilonis
as genuit salathiel. Salathiel autē genuit
zorobabel autē genuit abud. Abud autē genuit
eliachim autē genuit arzor. Arzor autē genuit
autē genuit achim. Achim autē genuit eliazar.
Eliazar autē genuit mathan: mater
iacob. Iacob autē genuit ioseph: in cuius matre
natus est ihesus: qui uocatur xpus.

De maria gr̄a plena dñs tecu

BUCHBINDEWEKSTATT
HEINRICH JENSEN
LEITENFELDE
POSTFACH 1000 DUISBURG



BUCHBINDWERKSTATT
HEIDENBERG
KLEINSTRASSE 10
69115 HEIDENBERG



BUCHBINDEWERKSCHAFT
H. B. K. L. S. S. S.
D. S. S. S. S. S. S. S.



BUCHBINDEWERKSTATT
HEINZ PETERSEN
KLEINSTRASSE 10
DUSSÉLDORF 1

Rest. Aug. 1969.